sub quo lata est ipsi petere licebit; et infra duos menses gravamina sua scripto Circuli Principibus exhiberi curabit. Qui et contrariae partis talium nominationem duorum mensium proximorum intimabit. Neq. ulli partium ultra duo scripta producere licebit. Sed postquam huiusmodi scripta causam pro concluta habendam, et super eo communem Circuli conventum cogent, et exclusa omni ulteriori supplicatione, appellatione, vel provocatione, una cum reliquis Statibus quod iuris sit cognoscere debebit.

Ut vero huiusmodi remitiones periculo, vel iniquitati caveant, ipse qui sindicatum vel remissionem postulat, pro gravitate causae, et accusationis id quod à Capitaneis Circulorum constituitur, certam pecuniae summam deponit, uti si fortassis is qui remitionem postulavit causa cederit, eam pecuniam pacem loco amittat, quae etiam deinceps Statuum circuli esse debet. Quod si vero ut ceciderit depositam pecuniam recipere, et primum Actorum de expensis lites, et eos intuitu conveniri potrit.

Quod si vero pars laesa, aut ipse ad cuius instantiam persecutio facta fuit ordine dictorum Iudicorum non accusare, sed istum negotium voluntati Principum Circuli, quod pro arbitrio hoc ei facere licebit, permittere voluerit, ita ut dicti Principes propijs sumptib. ex officio de negotio tali iudicii cognoscere, et in eo procedere cogantur, in tali casu eiusmodi Principes nulli secularij subijci posse, sed eorum sententiae et iudicio stare debebit.

Quod si vero unus, plures ve Circuli alicuius Status in smoi persecutione negligentes fuerint, atq. ita pars laesa ad recuperationem rerum amissarum pervenire non potuit tali smoi interesse suo apud Principes circuli contra dictos Status qui negligentes reperti fuerint experiri licebit in quo procedi, et pronuntiari debebit ut scriptum est. Haec autem constituta non ultimos quam ad casus persecutionis fore extendere debet.

§. Debebunt etiam.

Addatur in fine, et quicquid eo modo ab ipsis unanimiter conclusum fuerit, id ab omnibus Electoribus Principibus, et Statibus, non secus, ac si generalibus Imperij Comitijs, Statuti fuerit, usq. ad proximum Imperij conventum observari, et executioni mandari debet.

Praeterea vero cum in executione decretus quidam reperiantur generalis ela Sui Recessui

annectatur,

annectatur, ut Statim post finem huius conventus Circulorum Cap.ei Suiusmodi decretus, qui adhuc in executione reperiuntur, tollant: ac domum infra tres menses à data harum litterarum de suis actionib. ad Imperatorem referant.

Praeterea operae pretium fore deputatis visum est uti Deputatorum quorum Recessus Sui Imp.li Recessui incorporetur, innoscitur, atq. iterum ratificetur.

Ad haec vero à Sacra Ces.a Mt.ed supplicitr peti debet, uti Mtas Sua ad maiorem confirmationes pacis in sacro Imperio, et uti in quietionibus illis, et seditionis omnes occasiones removendarum, et turbandarum rerum, quantum humana fore industria praecindantur. Capitaneos, et id genus Centuriones belli. Qui vero ex Circulis collecti in Vngariam eo caeri constituit deg Circulorum Capitaneis, sub quibus tales constituti fuerint intimari, et eos nominari utilitatis, ut hac nominatione alijs seditionis hominibus qui hoc praetextu novarum rerum occasionem quaerere possent, omnis occasio praecipiat.

Quod vero ad executionem contra violatores pacis publicae de qua Ces.a Mtas in sua propositione mentionem facit, attinet; cum eam in Vuormatiae à Deputatis celebrato Conventu ob multas graves rationes necessariam esse cognitum, atq. ob id Sacra Ces.a Mt.ti ut per eam ad effectum perduceretur humiliter, et obsequenter committum fuerit. Ad haec eum conset, nisi ea sequatur, non tantum nullam iustitiae administrationem in Imperio fore, sed et Caesariam Mtem totumq. Imperium, dignitatem, et Amplitudinem suam amisperam esse: atq. iusta multas de pace, et quiete pub.ca ordinationes, et constitutiones nisi transgressores puniantur, fieri nidej, et cum longa experientia docuerit nihil esse certius quam si ea diutius suspensa fuerit, non tantum quietem, et pacem in Imperio nullam fore, sed et haec dissolute non defuturos qui eam perturbent, ac seditiones excitent. Vnde non tantum plurisq. Imperij nostri Statibus magno detrimento esse, sed et expeditionem hanc Vngaricam, ipsumq. Turcicum subsidium non mediocriter remorari poterunt.

Vnanimi Deputatorum Consilio conclusum est à Ces.a Mte iterum petendum ut Mtas sua iter prius decretam, et tiaditam Executionem suscipere, et ad effectum perducere velit, neq. ulla de re impedij patiat.

Quantum vero ad modum exequendi attinet, esse quidem nonnullas rationes in promptu, quae tamen ob multas causas non debere in communem et publicam deliberationem venire videntur.

Quare supplicandum Ces.e Mt.i uti ea cum multi Egregij Electores, et Principes hic coram adsint ex eorum numero fidelis quoddam, quorum opera in hoc negotio uti possit, elegat, et ajunat, ac ita de modo hoc exequendi tacite, secrete, et quiete consultent. Id autem quod de talium consilio Statutum fuerit curetur exequatur.